



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 119. Decretum Synodi in favorem Angeli Corarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1415.

vestitus, capite nudus, Cardinalibus Laudensi & Ursino ejus latera stipantibus, coram Altari in genua procumbit. Postmodum decantabantur litanie, & dum illa recitabantur verba, *ut Ecclesiam &c.* Cardinalis Vivariensis Præses ternis vicibus Deum precatus est, ut Cæsarem in itinere suo, quod tanquam defensor, & Advocatus Ecclesie susciperet, protegere & conservare, ipsum ab omnibus inimicis suis visibilibus, & invisibilibus defendere, salvum & incolumem reducere dignetur, & ad quamlibet supplicationem chorus respondit: *Te rogamus audi nos.* Alias adhuc subjunxit preces pro incolumitate Imperatoris, cui benedictionem solemnem impertivit decantatis hisce verbis: *Salvum fac servum tuum Domine, nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei Domine Turris fortitudinis.* Peractis his solemnibus Imperator locum suum repetiit, atque Episcopus Concordiensis quædam legit Decreta, quæ mox indicabimus.

§. CXIX.

*Decretum Synodi in favorem Angeli
Corarii.*

Labbe Conc. Primo decreto Gregorius XII. declaratur Cardinalis Decanus, & perpetuus Legatus a latere in Marchia Anconitana,
to. 12. p. 157.

na, & in Fabatiensi, alias Farsensi distri-
ctu cum omnibus facultatibus, & juribus
huic dignitati annexis. Insuper Syno-
dus Gregorium plene in tantum absolvit,
ut *ratione spiritualis, & temporalis admi-
nistrationis, tempore Papatus sui veri aut
putativi, nec possit, nec debeat de actis, ge-
stis, & ordinatis aut aliis quibuscunque ad
cujuscunque personæ instantiam etiamsi Pa-
palis, Imperialis, vel Regalis existat, qua-
litercunque conveniri vel inquietari, non ob-
stantibus, quoad omnia & singula supradicta
tam Canonicis quam Apostolicis generalium
quoque Conciliorum Constitutionibus contra-
riis quibuscunque.* Eadem quoque Syno-
dus statuit, quod quilibet futurus Romanus
Pontifex omnia & singula supradicta ap-
probet & ratificet, & declarat, nullum in
Pontificem eligi posse, nisi ea omnia ser-
vare juramenti vinculo se obstringat.

Sæcul. XV.

A. C. 1415.

§. CXX.

Aliud decretum pro securitate Imperatoris.

Alterum decretum securitati Imperato-
ris consulit, atque statuit pœnam ex-
communicationis ipso facto incurrendæ,
& privationis omnium dignitatum tam
sæcularium quam Ecclesiasticarum, con-
tra eos, qui quocunque modo Impera-
torem cum suo comitatu in itinere impe-
dire,

Ibid. p. 160.